



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 65. Suecorum Regis postulatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV. tonici, & tunc Castrorum Praefectus sub
A.C. 1339. Magistro Luthero Brunsvicensi, Ordinis-
 que beneficiis prædicti Equites illi, qui
 sunt viginti quinque jam nominati, con-
 stituto hostili agmine passisque vexillis in-
 gressi Poloniam vastarunt agros, templa-
 que (nominantur novem) incenderunt,
 postquam inde libros, calices, thesauros,
 deposita, Sanctorum reliquias & imagi-
 nes asportaverant. Quocirca eos decla-
 ramus anathemate devinctos, & absolu-
 tionem Supremæ Sedi reservatam. Con-
 demnamus simul eosdem ad reædifican-
 da templa, reddendamque sacram supelle-
 ctilem ablatam. Adhæc restituent Po-
 meraniam cum occupatis terris reliquis,
 ac fructibus inde perceptis: atque resar-
 cient damna illata & lucra cessantia. Rem
 universam centies nonages quater mille
 ac quingentis s libris monetæ Polonicæ
 secundum affirmationem Regis, & impen-
 das mille sexcentis s libris æstimamus.
 Sic statuimus Varsoviæ in templo S. Joan-
 nis Baptistæ 15 Sept. anno 1339.

p. 1053. B.

§. LXV.

Suecorum Regis postulatio.

Cum Christopherus Rex Daniæ ob suas
 violentias & improbam agendi ratio-
 nem ex regno pulsus esset, incolæ Scaniæ,
 ut parvis a tyrannis se prementibus fie-
 rent

rent liberi, se Regi Suecorum Magno sub-
misere. Is orabat Papam Benedictum, Sæcul.XIV.
A.C. 1329.
ut Scaniæ possessionem ipsi ac posteris
confirmaret, faceretque copiam adimen-
di, si posset, tyrannis alias quoque terras,
præsertim cum Dania nunquam subjecta
Imperio fuisset, sed Ecclesiæ Romanæ tri-
butum penderet; quod & ipse acturus
esset. Papa reposuit: Æquitas, nostro-
rumque antecessorum mos antiquus haud
permittunt, ut profana hujusmodi bona
concedamus, antequam accersamus ci-
tandos, & in statum bonorum, de quibus
agitur, inquiramus. Idcirco te voti da-
mnare non potuimus. Litteras dabat
23 Jan. 1339.

Rayn. 1339.

n. 84.

§. LXVI.

Canonicorum Regularium disciplina instauratur.

Papa Benedictus, ut tres abhinc annos Sup. S. 47.
ad corrigendos Monachos, sic hoc an-
no ad emendandos Canonicos Regulares
fusas edidit litteras. Præscribit primum to. II. conc.
receptionem, professionemque Canonicorum P. 1799.
rum; deinde congressus tum quotidianos Bull. to. I.
in singulis asceteriis, tum anniversarios P. 259.
vel provinciales quarto quolibet anno ha- c. 5. 6. 7.
bendos: nam hoc in tempus jam dilati C. in sing. ex-
tra de Stat.
fuerant: cum tamen Concilium Latera- Mon.
nense tertio quovis anno eos celebrari
jafferit.

Li 4